



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiae,||

Molanus, Johannes

Antverpiae, [1592]

Cur in sacra militia parum per se potuerit Carolus Simplex. Cap. XXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38114

Cur in sacra militia parum per se potuerit Ca-
rolus Simplex.

C A P. XXVIII.

PER quinque hactenus capita descripsi-
 mus sacram militiam tutorum Caroli,
 qui etiam pro eo nomen & dignitatem Regis
 inuaserant. Vnde Carolus Simplex, qui non-
 dum natus ad regnum peruererat, tota vita
 sua perdurante intestinas atque domesticas
 habuit turbationes nō paucas, ut non mirum
 sit, parum eū per se in sacra militia præstare
 potuisse: quamuis multa quæ à tutoribus eius
 gesta fuerant, huius sint viribus & impensis
 adscribenda. Recenset hos tutores Æmilius
 inter Reges Franciæ. Sed tamen in Carolum
 Simplicem desinens, Inter tot, inquit, rerum
 fluctus, qui post mortem Balbi usque ad Sim-
 plicis obitum rerum apud Fracos potiti sunt,
 nulli eorum iusti Reges apud Francos nume-
 rantur, quod is unus ad regnum iure institu-
 tisque Francorum vocaretur.

Inter tot dissidia Carolus anno demum
 10000. XVI. regnum Lotharingiæ recepit.
 Cùm autem in Franciæ defensione, et si auxi-
 lijs Lothariensium adhibitis, non sufficeret;
 cum Henrico Rege Romanorum fœdere
 inito, Lotharingiæ regnum ei reddidit. Et
 tandem à Comite Heriberto captus, Pero-
 næ moritur. Scribit Sigebertus eum sub cu-
 stodia Heriberti exsulem & martyrem ob-
 iisse, anno 10000. XXVI.

D

Quæ

x i v. Ord-
 bantia Dux
 Carol. Sim-
 plex Imper.